



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

93. Aliàs ad retundendas &c. Declaratio nullitatis cujusdam Edicti nomine
Sæcularis Potestatis in Ducatu Sabaudiæ & Pedemoutii Principatu ad
supplicationem Patrimonialis generalis dictæ Sæcularis ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](#)

ANNO

1717.

Cum derogationibus
opportuni, signatae Bulle
lae Alexandri VI.

S. 4. Non obstantibus quibusdam felicis recordat. Alexandri Papae VI. Prædecessoris nostri Literis defuper tertio decimo Kalendas Junii MCCCCXCIII. Pontificatus sui anno primo sub Plumbo expeditis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non diæ Civitatis, aliisque quibusvis etiam iuramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate alia roburi statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expreßè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Roma apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xx, Septembris MDCCXVII. Pontificatus Nostri Anno XVII.

F. Card. Oliverius.

XCIII.

DECLARATIO

Nullitatis cuiusdam Edicti nomine Sæcularis Potestatis in Ducatu Sabaudia; & Pedemonti Principatu ad supplicationem Patrimonialis generalis dictæ Sæcularis Potestatis editi in præjudicium supremi Dominii ad Sedem Apostolicam in quibusdam Locis Mensa Episcopalis Asten. privatè spectantis, cum ipsis Edicti, necnon inde securorum, & quandocumque securorum damnatione, revocatione, & abolitione.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Præmium à molestiis alias illatis Subi-
tis, & feuc-
taris Sedi
Apostolica in
Ducatu Sa-
baudia &
Principatu
Pedemontii,
& à Monico-
rio illis inti-
mato, ne a-
lium supre-
num Domini
præter eamdem Se-
dem, & Ro-
manam Ec-
clesiam recon-
goscerent

Camera
Computorum
Sabaudia
nullum decla-
ravit dictum
Monitorum
& prefatos
Vassallos
compellit ad
recognitionem
ducum Dicem
Sabaudia
tantum in Su-
ppremum Do-
minum.

Alias ad retundendas graves, & frequentes molestias, quas Ministri Sæcularis Potestatis in Ducatu Sabaudia, & Principatu Pedemontii Subditis, & Feudataris hujus Sanctæ Sedi locorum Montafie, Cisternæ, & Cortanæ Asten. Dicessis, non sine manifesto diresti, & supremi dominii ad Nos, & eamdem Sedem in prædictis locis unicè, & privatè spectantis præjudicio, jambridem intulerant, novasque quas illis inferre minabantur, instant tunc existente Commissario Generali Camerae nostræ Apostolicae per Dilectum Filium nostrum Joannem Baptistanum S. R. E. Cardinalem Spinulam nuncupatum ejusdem S. R. E. Cameratum die viii. Augusti MDCCXI. expeditem, atque transmissum, & corundem Feudorum Syndicis præsentatum, necnon Feudataris eo, quo licuit, modo intimatum fuit Monitorium, quo distriktè prohibebatur, ne alium supremum Domini præter Sedem Apostolicam, & Romanam Ecclesiam recognoscere auderent.

S. 1. Cùmque subinde ad Patrimonialis generalis nuncupati dictæ Sæcularis Potestatis requisitionem, mense Septembri ejusdem anni per Cameram, quam vocant, Computorum Ducatus, ac Principatus prædictorum publicatum, & respectivè intimatum fuisset quoddam Edictum, seu Decretum, quo prævià declaratione nullitatis, & invaliditatis prædicti Monitorii, tam ipsis Feudataris, qui etenim Sedem præfata tanquam Dominam directam, ejusque supremam auctoritatem constanter recognoverant, ipsa etiam Sæculari Potestate id approbante, quam Syndicis Universitatum, atque Vassallis sub gravissimis penis præcipiebatur, quode cætero supremam tantum ejusdem Sæcularis Potestatis auctoritatem recognoscerent, & ad hujus Edicti publicationem præfatarum Universitatum Syndicos vi, metuque præfati Ministri com-

pellere tentassent, omnibusque renuentibus, nonnulli in Civitate Astensi deprehensi carceribus mancipati, alii verò, qui ad illam accedere recusaverant, militaribus copiis à dictis Feudis violenter extracti similiter detenti fuissent, morte etiam sceloplo illatâ alteri ex ipsis, qui fugâ sibi confulere studierat; Nos prædictos, aliquo multipli-ces, ac detestabiles ejusdem Sæcularis Potestatis abusus diutius dissimulare non valentes, præfatum, aliaque plurima Edicta, seu Decreta, Ordinationes, & Mandata, & alia quælibet à Senatus, bus, Magistratus, Judicibus, Officibus, alii-ve Ministris dictæ Sæcularis Potestatis in præjudicium libertatis, immunitatis, & jurisdic-
tions Ecclesiasticae, atque auctoritatis Apostoli-
cae respectivè quovis modo emanata, & gesta
cum omnibus, & singulis inde secutis, & quan-
documque securitas per quasdam nostras in simili
formâ Brevis literas die xvij. Maii MDCCVII.
defuper expeditas, nulla, irrita, invalida, dam-
nata, & reprobata, esse, & ab initio fuisse, ac per-
petuò fore declaravimus, & quatenus opus esset,
ea omnia, & singula damnavimus, reprobavi-
mus, revocavimus, annullavimus, abolevimus,
& alias, prout in nostris literis supradictis, qua-
rum tenorū præsentibus pro plenè, & sufficien-
tè expresso, & inserto haberi volumus, uberiori
continetur.

S. 2. Coeterum cùm post earumdem nostrorum literarum publicationem adhuc præfati Mi-
nistri à vexandis Subditis, & Feudataris memora-
torum locorum minimè desitissent, quinquaginta
prioribus molestias novas, majoresque in dies
adjicentes, non solùm prædictos, sed etiam Sub-
ditos, & Feudarios loci de Cortanero eidem
Sedi pariter subjectos variis etiam contributioni-
bus, aliquo oneribus, non minus injuscè, quam
temerè gravare præsumpsissent, ad hujusmodi intolerabiles aufus reprimendos plura alia successivè
Monitoria ad tunc pariter existentis Commissarii Generalis dictæ Cameræ Apostolicae instantiam ab
eodem Joanne Baptista Cardinale, & Camerario die xxiv. Julii, viii. Augusti, & xvii. Octobris MDCCXI. ac postremo die xxiii. Maii MDCCXVI.
etiam de speciali mandato nostro edita, ac respectivè intimata fuerunt, quibus innovata Feudataris, & Subditis præfatorum locorum memorata
prohibitione de non recognoscendo alium in super-
num Dominum, quam Sedem præfatam, ipsis sub
gravium poenarum comminatione inter alia injun-
gebatur, ne contributiones, aliave onera sibi à dicta
Sæculari Potestate imposita, vel imponenda per-
solvere; sive persolviri facere, auderent, aut quoquo
modo prælumerent, & alias prout in prædictis Mo-
nitoriorum, quorum tenores præsentibus pro plenè
itidem, & sufficienter expressis haberi volumus
plenius continetur.

S. 3. Cùm autem sicut nuper non sine ingenti
animi nostri molestiâ accepimus, ad ejusdem Patri-
monialis generalis supplicationem sub nomine præ-
dictæ Sæcularis Potestatis prodierit quoddam Præ-
ceptum, sive Edictum typis impressum, quod unâ
cum supplicatione hujusmodi non alio quidem,
quam illud penitus, & omnino dammandi, & re-
probandi animo præsentibus inferendum duximus,
tenoris, qui sequitur, videlicet: *Sacra Real Maestà. Representa il Consigliere, e Patrimoniale generale di V. Messer si nel mese scorso pretesi publicare asserti Monitoriisotto nome del Sig. Cardinale Spinola nelli Luoghi d'indubito dominio di V. M. esistenti nel Contado d'Altì, Cisterna, Cortanze, Montafia, e Cortazone tendenti li medemi à rimovere li Sudditi, ed habitanti, come pure li Vassalli d'esse Terre dall'obligo che à medemi corre di non riconoscere altri in loro Signore, e Sovrano che V. M. e suoi Reali Successori in data li predetti Monitorii dell'xxij. Maggio scaduto, sotto pretesto che siano sotto l'immediato*

ANNO
1717.Et renuentes
graviter ve-
xavit.

Pontifex om-
nia hujusmo-
di attentata
Sæcularis Po-
testatis nulla
declaravit,
damnavit, &
reprobavit,

Sæcula risti-
men Potestas
ab iis non de-
stituta, & ad
alias majores
exadições
processit quib-
us sua Sancti-
tas occurre-
re non per-
mitta.

Novissimæ Sæ-
cularis potes-
tas, ut præ-
dicta atten-
ta tueretur,
Edictum pro-
mulgavit,
quod inseri-
tur.

Edicti tenor

ANNO

1717.

dominio della Santa Sede, e ciò in conformità d'altri Monitorii già pretesi di pubblicare negl'anni MDCCII, MDCCVII, e MDCCXI, e quantunque l'Esonente sia perduto effuso già da V. M. sufficientemente proviso in difesa delle indubitate ragioni, che le competono in detti Luoghi, e Feudi tanto in dipendenza di detto Contado, che d'altri titoli irrefragabili oltre l'antico & indubbiato possesso comprovato da continuati, e successivi atti possessoriali, come resla notoria con haver lafato li Recritti Camerali sotto li ij, Settembre MDCCII, e ix. Maggio MDCCXI, prohibiti tanto alli Vassalli, che Sudditi, & habitanti in essi Luoghi d'ubbidire alli detti Monitorii con specifico Precesto a medemi di non dover riconoscer, ne ubbidire ad altri in qualità di Sovrano Signore, che ad essa V. M. e suoi Reali Successori sotto le pene in essi Recritti cominate, e come meglio dal contenuto in essi si vede: Tuttavia, accio che sotto pretesto de suddetti asserti nuovi Monitorii quantunque evidentemente invalidi, nulli, abusivi, orrepiti, e surrepiti nissano de suddetti Vassalli, Sudditi, & habitanti habbia l'ardire di declinare dall'obligo loro Vassallitio, e sudditanitio verso V. M. e far cosa pregiudiciale al Servizio della medema, bâ pensato per ogni maggior precauzione haver raccolto da Vostra Sua Real Maestà supplicandola humilmente di giansi di dichiarare, come ne precedenti Recritti sovra riferiti del MDCCII, e MDCCXI, non haver potuto, ne potere li suddetti asserti Monitorii, e qualunque altra provisone di consimile natura, come nulli, surrepiti, & orrepiti, invalidi, insuffiscenti, & evidentemente abusivi recar verun pregiudicio alle suddette ragioni, & esercizio dell'alto Dominio, e Sovranità di V. M. meno indurre alcun obbligo di non dove riconoscer in essi Feudi, e loro Territorio, ne ubbidire ad altri in qualità di Sovrano Signore, che V. M. e suoi Successori sotto gravi, e gravissime pene etiando corporali da incorrersi irremissibilmente da Transgressori; Dichiavando l'esecuzione da farsi in persona de respectivi Vassalli, e Domestici loro e per pubblicazione, & affissione di copia alli Albi Pretorii della Città d'Asti, e di detti Luoghi valere, e che alla copia stampata dal Stampatore di V. M. si debba prestare tanta fede, come al proprio originale, il che &c. Il Patrimoniale generale di V. M. Vittorio Amedeo per grazia di Dio Rè di Sicilia, di Gerusalemme, e di Cipro &c. Duca di Savoja, e Monferrato &c. Prencipe di Piemonte &c Veduta nella Camera nostra de Conti l'alligata supplica sottoscritta dal Patrimoniale nostro generale coi li precedenti Recritti ivi riferiti, & designati; Et il tenor del tutto ben considerato: Per le presenti col parer, & partecipazione d'essa Camera dichiariamo, come in detti precedenti Recritti del MDCCII, e MDCCXI, non haver potuto, ne potere li asserti Monitorii, di cui si tratta, e qualunque altra provisone di consimile natura come nulli, surrepiti, orrepiti, invalidi, insuffiscenti, & evidentemente abusivi recar verun pregiudicio alle ragioni, & esercizio dall'alto Dominio, e Sovranità nostrî, meno indurre alcun obbligo alli Vassalli, Sudditi de Luoghi narrati d'ubbidire alli precetti portati da suddetti Monitorii; Anzi facciamo positivo precesto a medesimi di non dover riconoscere in quei Feudi, e loro Territorio ne ubbidire ad altri in qualità di Sovrano Signore, che à Noi, e n'stri Reali Successori sotto gravi, e gravissime pene etiando corporali da incorrersi irremissibilmente da Transgressori: Dichiavando l'esecuzione di queste da farsi al modo supplicato valere, & che alla copia stampata dal Stampatore nostro si debba prestare tanta fede, come al proprio originale. Che tal è nostra mente. Dato in Torino li trent'uno Agosto mille settecento sedici: Per Sua Maestà à relatione di detta Camera: Il Secretario della medema Camera: In Torino, Stampato dal Stampatore di S. M. MDCCXVI.

S. 4. Memorata verò, & plura alia loca va-

riis temporibus à tunc existentibus Episcopis Asten. in feudum concessa diversis personis ad eosdem Episcopos Asten. eorumque Mensam Episcopalem ex libera, & irrevocabili donatione Imperatorum, Regum, ac Piorum fidelium, aliisque legitimis titulis, non autem ad alium quemcumque spectasse, & spectare dignoscantur, ac proinde ambigi, aut inficiari nequeat, quin illa sub alto, & supremo Dominio, ac Superioritate nostris & Sanctæ Romanae Ecclesiæ non autem dictæ Sæcularis Potestatis, aut anteriori cujuscumque fuerint, ac sint, & censi debent; Necnon Feudatarii, Vassalli, & Homines eorumdem locorum nullius alterius, praterquam nostra, & dictæ Sedis Superioritati fuerint, ac sint vere subjecti, & quemadmodum ipsi nullum aliam in supremum Dominum recognoscere tenentur, vel debent, ita nemini, nisi Nobis, & eidem Sedi licuerit, vel liceat Jura Superioratis, & Supremi Dominionis in loca Vassallos, & Homines hujusmodi exercere. Nec minus compertum sit Romanos Pontifices Praedecessores nostros dictæ Ecclesiæ Asten. juribus, ac Sedis præfatae Superioritati, & Dominionis hujusmodi tuendis, & conservandis jugiter intentos, non omisisse ea à quorumcumque aibus, & attentatis, si quandoque impeti, aut violari contigit, peculiari studio, ac solicitudine assevere, & vindicare.

S. 5. Satis namque perspectum esse novimus, quod dudum fel. rec. Pius Papa Quintus Praedecessor Noster bon: mem: Emanuele Philiberto, dum vixit, Sabaudia Ducem, ac Pedemontii Principem, qui quedam onera tunc existentibus Feudatariis, & Subditis eorumdem locorum nulliter, & de facto indixerat, post præfessorum Jurum, & de rationum, sub quorum obtenuit idem Emanuel Philibertus Dux ad ejusmodi onerum impositionem devenisse dicebatur, coram Commissario specialiter a prædicto Pio Praedecessore ad id deputato pro parte ipsius Philiberti Ducus deductorum, maturam discussionem, ac demum, comperta corum insuffisientia, refectione à ceptis Apostolici muneric ministerio defistere compulerit.

S. 6. Prout etiam notum est, quod rec: mem: Paulus PP. V. etiam Praedecessor noster experitum fum, ac Sedis præfata beneplacitum super quadam concessione nonnullorum ex præfatis, alius que locis dicta Mensa Episcopalis per bon: mem Stephanum, dum vixit, Episcopum Asten. bon: etiam mem. Carolo Emanueli dum pariter vixit, ejusdem Sabaudiae Duci, & Pedemontii Principi titulo permutationis sub beneplaciti Apostolici hujusmodi reservatione facta tanquam Ecclesiæ, ac Mensa Episcopali Asten. damnosâ, & præjudiciali, ac superioritatis Sedi præfatae in illis locis competenti lascivâ, non modo non conceferit, sed expresse, & solemniter denegaverit, ipsamque concessionem, ac instrumentum defuper contractum, & in eo contenta quæcumque reprobavit, annullaverit, & cassaverit.

S. 7. Ac denique similis mem. Alexander PP. VII. itidem Praedecessor noster quoddam Præceptum, seu Edictum nomine ejusdem Caroli Emanuelis Ducus die 2. Junii MDCLVIII. evulgatum, in quo ipse Carolus Emanuel Dux Supremus Dominus aliquot præfatorum Locorum perperam enunciabatur, nullum, & invalidum cum ejusmodi enunciatis, & assertionibus declaraverit, quemadmodum in eorumdem Pii, Pauli, & Alexandri Praedecessorum literis prioribus qui dem die viii. Maii MDLXVIII. & die xix. Aprilis MDLXIX. alteris die x. Februarii MDCLXII. novissimis verò die xx. Augusti MDCLVIII. in simili formâ Brevis defuper expeditis, quorum tenores præsentibus pro plenè & sufficienter

ANNO

1717.

ta ad Ecclesiæ Asten. pertinente adeoque supremo Pontificio, & non alterius Principis, dominio subsunt,

S. Pius V. Ducem Sabaudie compulit ad eximendum prædicta loca ab oneribus que illis imposuer-

Paulus V. recessit, & annullavit permissionem aliquorum ex præfatis, & aliorum locorum mensa Episcopalis Asten. ab illo Episcopo cum Duce Sabaudie factam sub reservatione beneplaciti Apostolici.

Alexander VII. nullum declaravit edictum Ducis Sabaudie, in quod ipse supremus Dominus aliquot præfatorum locorum enunciabatur.

expref-

ANNO
1717.

Sua Sanctitas
ævia com-
mutatione
omnium Mo-
nitoriorum à
Cardinali Ca-
merario ex-
peritorum
præsertum
edictum cum
omnibus in-
dè securis, &
secuturis an-
nullat, & re-
probatur.

Cum Decre-
to irritari
et aula fu-
blata, & aliis
amplissimis,

expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi
volumus, uberioris continetur.

S. 8. Hinc est quod Nos, qui in supremo Jus-
titiae solo à Domino constituti universarum Or-
bis Ecclesiæ gerimus curam, quique tam illa-
rum, quam Sedis Apostolicæ Jurium assertores
sumus, ne in tam apertâ eorum, & Apostolica
auctoritatis oppugnatione, Pastorali officio nostro
quoquo modo deesse videamus, memoratorum
Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum
vestigiis inhærentes, in primis vero prenarrata
Monitoria cum omnibus, & singulis in eis con-
tentis aprobantes, ac confirmantes, & quatenus
opus sit innovantes; Motu proprio, & ex certâ
scientiâ, ac matura deliberatione nostris, deque
Apostolica potestatis plenitudine Edictum, seu
præceptum præinsertum, & in eo enunciata, &
contenta quæcumque cum omnibus, & singulis
indè securis, & forsitan quandocumque securitis
penitus, & omnino nulla, irrita, invalida, erro-
nea, damnata, reprobata, inania, & à non haben-
tibus potestatem damnablem attentata, ac de fac-
to præsumpta nulliusque roboris, & momenti,
vel efficacia fuisse, & esse, ac perpetuò fore, ne-
minemque ad illorum observantiam teneri, imo
nec à quoquam observari potuisse, vel debuisse,
neque per illa ullum, vel minimum præjudicium
juribus nostris, & dictæ Sedis, ac Ecclesiæ Astn.
ejusque Episcopis, ac Romanis Pontificibus illa-
tum fuisse, vel esse, aut inferri potuisse, nec ullo
unquam tempore posse caruidem tenore præsen-
tium decernimus, & declaramus. Et nihilominus
pro majoris, & abundantiori earudem Sedis, &
Ecclesiæ Astn. cautela, & quatenus opus sit, illa
omnia, & singula, motu, scientia, deliberatione,
& potestatis plenitudine paribus hârum serie dam-
namus, reprobamus, revocamus, cassamus, irri-
tamus, annullamus, viribusque, & effectu peni-
tus, & omniò vacuamus, ac pro damnatis, re-
probatis, revocatis, cassatis, irritis nullis, inva-
lidis, & aboliti viribusque & effectu penitus, &
omnino vacuis perpetuò haberi volumus, & man-
damus, itaut illis minimè obstantibus iura nostra,
& Apostolica Sedis, dictæque Ecclesiæ Astn. sem-
per omni tempore ramaneant, sint, & seruen-
tur, ac censeri debeat sarta, tecta, integra, illa-
sa, & illibata in omnibus, & per omnia quemad-
modum erant ante editionem præfati Edicti, seu
præcepti, ceterorumque præmissorum, & per di-
cere ac si illa nunquam emanassent, nec facta fuissent,
neque unquam fierent, seu evenirent.

S. 9. Decernentes sic, & non aliter in præfa-
tis omnibus, & singulis censeri, ac per quoscum
que Judices ordinarios, & delegatos etiam causa-
rum Palatii Apostolici Auditores, ac nostram Ca-
meram prædictam, ejusque Officiales quomodo-
cumque nuncupatos, & ejusdem S. Romanae Eccle-
siæ Cardinales etiam de Latere Legatos, & quo-
vis alios quæcumque auctoritate fungentes, & func-
turos, sublatâ eis & eorum cuilibet quavis aliter
judicandi, & interpretandi facultate, & auctorita-
te judicari, & definiti, debere, & irritum, & ina-
ne, si secus super his à quoquam quavis auctoritate
scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non
obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus
Apostolicis etiam Conciliaribus, nec non legi-
bus Imperialibus, & Municipalibus, & quatenus
opus sit, nostrâ, & Cancellariae Apostolice regulâ
de jure quæsto non tollendo, ac pia mem: Pii
PP. IV. etiam Prædecessoris nostri Constitutione
de gratia quæcumque interesse Cameræ Aposto-
licæ concernentibus in eâdem Camerâ præsentan-
dis, & registrandis, itaut præsentes literæ, etiam
in eâdem Camera nullo unquam tempore præ-
sententur, & registrantur, nihilominus valeant,
plenamque roboris firmitatem obtineant; necnon

dictæ Ecclesiæ Astn. etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate aliâ robora-
tis statutis, & confuetudinibus, privilegiis quoque,
indultis, & literis Apostolicis eidem Ecclesiæ illius-
que Praefuli, Capitulo, & quibusvis personis sub
quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis
etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque ef-
ficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irri-
tantibusque, & aliis Decretis in genere vel in spe-
cie, ac aliâs in contrarium præmissorum quomo-
dolibet concessis, confirmatis, & innovatis.

S. 10. Quibus omnibus, & singulis eorum om-
nium, & singulorum tenores præsentibus pro ple-
nè, & sufficienter expressis, & de verbo ad ver-
bum insertis habentes, illis alias in suo robore per-
mansuris, ad præmissorum effectum specialiter, &
expressè derogamus, ceterisque contrariis qui-
buscumque.

S. 11. Cùm autem eadē præsentes literæ in
locis dictiōni prædictæ Secularis potestatis subjectis
nequeant tute publicari, ut haecne experientiā
comportum est, & Nobis notoriè constat, volumus
illas seu earum exemplas ad valvas Ecclesiæ Latera-
nen, & Basilicæ Principis Apostolorum, nec non
Cancellariae Apostolicae, Curiaque generalis in
Monte Citorio, ac in acie Campi Flora de Ur-
be, ut moris est, affigi, & publicari, sicutque publica-
tas, & affixas, omnes, & singulos, quos illæ con-
cernunt perinde arctare, & afficere, ac si unicuique
eorum nominatio, & personaliter intimatæ fuissent,
utque ipparum literarum transumptis, seu
exemplis etiam impensis manu alicuius Notarii
publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in
Ecclesiasticâ Dignitate constitutæ munitis, eadem
propris fidès tam in Judicio, quâm extra illud
ubique adhibetur, quæ cisdem præsentibus ad-
hibetur, si forent exhibitæ, vel ostendæ. Da-
tum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub
annulo Piscatoris die xx. Octobris MDCCXVII.
Pontificatus nostri Anno XVII.

Cardinalis F. Oliverius.

Anno à Nativitate D. N. Iesu Christi millesimo sep-
tingentesimo decimo septimo, die 23. mensis Octo-
bris, Indictione decima, Pontificatus Sanctissimi in
Christo Patris, & D. N. D. Clementis Divina
Providentia Papa XI. Anno decimo septimo supra-
dictæ Literæ Apostolicae affixa & publicata fuerunt
ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principi-
pis Apostolorum, necnon Cancellariae Apostolicae, Cu-
riaque Generalis in Monte Citorio, ac in acie
Campi Flora, aliisque locis soliti, & consuetis Ur-
bis per me Josephum Batiale Apostolicum Cursum.

Sebastianus Vaselli Mag. Curt.

CONFIRMATIO

Constitutionum Academæ Theologicæ de Ur-
be cum deputatione nonnullorum S. R. E.
Cardinalium ejusdem Academæ Protecto-
rum, & quorundam Privilegiorum conces-
sione.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Inscrutabili divinæ bonitatis, atque sapientia
Providentiæ ad Ecclesiæ Catholicæ per univer-
sum terrarum Orbem diffusæ, regimen, meritis
licet imparibus evecti, inter multiplices pastora-
lis vigilantæ nostræ curas Sacram Litterarum,
ac præfertim Theologicæ Facultatis studia, per
quæ

ANNO
1717.Et consueti-
gationi-
bus.

Mandat præ-
sentes literæ
affixas locis
soliti
Urbis
omnes offici-
e, ac si uni-
cuicunque perso-
naliter ini-
mitate fuissent,
adhiberi trans-
fumpsis.

XCIV.

Exordium à
Pontificis lo-
cione
promovendi
facratur ac
preferunt
Theologicæ
Facultatis
studia.